

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Sui ipsius complacentia

56

Qui se prudentem fors estimat / atq; decoi um
Cui sua sola placent: & quem uelania duciat:
Ut speculo semper se contempletur inani.
Cum tamen: in vitro fatuum quoq; cernat inertem:
Quamuis non videat / capitis quas porrigit aures.
Hic si deberet dygitis iurare leuatis:
Cum de formosis / sapientibus atq; peritis
Sermo foret: sese cunctis prestare putaret:
Et sibi non similem in spaciofo crederet orbe;
Iurareq; simul q; detestatio rerum
In se nulla foret: se pulchrum / seq; beatum
Estimat / atq; homines audet iurare deosq;
Consult hoc speculum semperq; & fungitur omni
Tempore: seu somno iaceat lectoq; supinus:
Siue stet erectus: vitro suspensus inheret.
Quid speculum memorem Pathici gestamen. Othonis
Quod secum in castris cesar gestare solebat.
Quotidie barbam qui rasit / glaber ut esset:
Vngebatq; cutem cum succo lactis aselli.
Officium muliebri quidem est: hos foemina querit
Ornatus: speculum & pendet de fronte puellae:
Retiolum: & mundum: contexta monilia: vestem:
Ordinat: idq; mares hodie comitantur / aguntq;:
Ut sibi met placeant: sese mulieribus equant.
Nostri etenim iuuenes habitus gestant muliebres;
Illaq; virgo viri: nulla est discretio rerum.
Pygmalio effigiem fertur de marmore quondam.
Fecisse: & proprium sibi tam coluisse laborem:
Perditus ut fuerit vecors in marmora versus.
Fonte super vitreo periit Narcissus amore:
Dum sua forma placet fatuo: quam vidit in vndis:
Stultorum numerus sic creuit: & impia turba

Qui choreis gaudet aut saltibus immoderatis:
Ut cuculam ducat stultior ipse manu
Ille deum offendit: perdit quoq; tempora frustra:
Contrahit inde etiam plurima damna sibi:

L ij

Ro. viii

pue. xiiij
& xiiii.

Ecc. xx.
Iob. v. et
xviiij.

pu. xxxi
Ezechie.
xvi.
Esa. iiii.

otho im
perator.
speculu
sp secuz
habuit.
Iuuenal

Ennius
Tullius
in offi.
Pygma
lio de q
ouidi. x.
metha.